



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

68. Spiritus immu[n]dus & mutus expellitur, que[m] discipuli no[n]
potera[n]t expellere: & mors Christi p[rae]dicitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 64. Spiritus immundus & mutus expellitur, quem discipuli non poterant expellere: & mors Christi predicatur. Matib. 17. * 67.

Mat 9. * 67. Luc. 9. * 67.

S. Mattheus.

ET cum venisset ad turbam, accersit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens, Domine miserere filio meo quia lunaticus est, & male patitur: nam sepe cadit in ignem, & crebro in aquam. & obtuli eum discipulis tuis: & non potuerunt curare eum. Respondens Iesus, ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo demonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt, Quare nos non potuimus eiicere illum? Dixit illis Iesus, Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic,

S. Marcus.

ET veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & scribas cõquirentes eum illis. Et cõfestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & exauerunt: & accurretes, salutabãt eum. Et interrogauit eos, Quid inter vos cõquiritis? Et respondens vnus de turba, dixit, Magister, attuli filium meum ad te, habentẽ spiritum mutum: qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illũ, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit: & dixi discipulis tuis vt iicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit. O generatio incredula, quãdiu apud vos ero? quãdiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram,

S. Lucas.

FACTUM est autem in sequenti die, de scendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicẽs, Magister, obsecro te, respice in filium meum quia vnicus est mihi. & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spumã, & vix discedit dilanians eum, & rogauit discipulos tuos vt iicerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illi dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebãt autem oes in magnitudine Dei: N 3 omni-

S. Iohannes.

S. Matthæus	S. Marcus	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem & ieiuniam. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum: & occidetur, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. * 69.</p>	<p>volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquas misit, vt eum perderet, sed siquid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et cōtinuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cū videret Iesus currentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & amplius ne intro eas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est, Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cū introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum, Quare nos nō potuimus eicere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Et inde profecti prætergredebantur Galilæam: nec volebat quendam scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occidetur, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum. * 70.</p>	<p>omnibus quemirantibus, quæ faciebat. dixit ad discipulos suos, Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, filius enim hominis futurus est vt tradatur in manus hominum, At illi ignorabant istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. * 70.</p>	

C A P. 69. Didrachma pro Christo & Petro Soluitur. Matth. 17. * 68.

S. Marcus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
<p>ET cū venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester nō soluit didrachma? Ait, Etiam.</p>			